Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



esdre

tabernacula sicut scriptum est. Et
egressus est omnis populus et attulerunt
fecerunt que unusquisque tabernacula in
domo suo et in atrius suis et in a
trius domus dei et in platea porte aqua
rum et in platea porte effraim. Fecit
ergo universa ecclesia eorum qui re
dierant de captivitate tabernacula et
habitaverunt in tabernaculis suis. Non enim fece
rant a diebus iosue filii nun usque
filii israel usque ad diem illum. Et fuit le
titia magna valde. Legit autem in libro
legis dei per dies singulos a die primo usque
ad diem novissimum. Fecerunt solemnitatem
septem diebus et in die octavo
collectam iuxta ritum suum. IX
In die autem XXIIII mensis huius convenerunt
filii israel in ieiunio et in saccis
et humus super eos. Et separatum est semen
eorum a filiorum israel ab omni filio a
lienigena et steterunt coram domino
et confitebantur peccata sua et iniquita
tes patrum suorum et consurrexerunt
ad standum et legerunt in volumine
legis dei sui quater in die et quater in
nocte confitebantur et adorabant dominum
deum suum. Surrexerunt autem
super gradus ieuitarum iosue et bani
et cedmiel sebnia abani et serebias cha
nani et clamaverunt voce magna ad do
minum deum suum et dixerunt levite
iosue et cedmiel bonni et asebia et sere
bia sepna phataia surgite benedicite
domino deo nostro ab eterno usque in eternum
Et benedicebant nomen gloriae tuae exaltatum
et omni benedictione et laude et dixerunt el
dras tu ipse domine solus tu fecisti ce
lum celorum et omnem exercitum co
rum terram et universa que in ea sunt
maria et omnia que in eis sunt et tu vi
vificas omnia hec et exercitus celi te
adorat tu ipse es deus qui elegisti abra
ham et eduxisti eum de ur chaldeorum
et imposuisti nomen ei habraham et in
venisti cor eius fidele coram te et pepi
gisti cum eo fedus ut dares ei terram
chananei cethei eurei et amorrei et ferre
zei et iebusei et gersei ut daares semini
eius et implesti verba tua quoniam ius
tus es et vidisti afflictionem patrum nostro
rum in egypto clamorem eorum au
disti super mare rubrum et edisti signa
et prodigia in pharaone et in universis seruis
suis et in omni populo terre illius cognovisti
enim quod superbe egerunt contra eos et
fecisti tibi nomen sicut in hac die et
mare divisisti ante eos et transierunt per
medium maris in sicco persecutores a
eorum proiecisti in profundum quasi
lapidem in aquas validas et in colum
na nubis ductor eorum fuisti per diem et
in columna ignis per noctem ut aperaret
eis in qua perambulabant viam
rem quoque synai descendisti et locutus
es cum eis de celo et dedisti eis iudicia
recta et legem veritatis ceremonias et
precepta bona et sabbatum sanctifi
catum ostendisti eis et mandata et ce
rimonias et legem preceptisti eis in ma
nu moysi seruo tuo. Panem quoque de
celo dedisti eis in fame eorum et aquam
de petra eduxisti eis sitientibus et dixi
sti eis ut ingrederentur et possiderent ter
ram super quam levasti manum tuam
ut traderes eis. Ipsi vero et patres nostri
superbe egerunt et induraverunt cervices
suas et non audierunt mandata tua
et noluerunt audire et non sunt recor